

Bogatyński, Władysław

Stosunek Polski do Litwy w sprawie Inflant. (r. 1560)

Przegląd Historyczny 19/1, 109-113

1915

Artykuł umieszczony jest w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych, tworzonej przez Muzeum Historii Polski w Warszawie w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego.

Artykuł został opracowany do udostępnienia w Internecie dzięki wsparciu Ministerstwa Nauki i Szkolnictwa Wyższego w ramach dofinansowania działalności upowszechniającej naukę.

MISCELLANEA.

Stosunek Polski do Litwy w sprawie Inflant. (r. 1560)

Spór arcybiskupa ryskiego, Wilhelma, z Zakonem inflanckim o koadjutorię ryską w r. 1556/7, w rezultacie niepomyślny dla pierwszego, nastręczył Polsce sposobność wzmieszania się do Inflant. Zygmunt August, jako protektor arcybiskupa, wystąpił przeciw Zakonowi, zmusił do zawarcia układu w Pozwolu (1557), mocą którego nietylko arcybiskup i jego koadjutor zostali restytuowani, ale, co ważniejsza, Inflanty weszły z Litwą w przymierze zaczepno-odporne przeciw Moskwie. Wobec dokonanego faktu ujrzał Iwan Groźny przeszkodę na drodze swych dążeń i celów, z których najbliższy stanowiło opanowanie Inflant i dostęp do morza Bałtyckiego, dalszy zajęcie ziem russkich Litwie celem skupienia całej Rusi w swym ręku. Lecz nie cofnął się Iwan na drodze raz wytkniętej i już w kilka miesięcy po pokoju pozwolskim rzucił się na Inflanty, szerząc zniszczenie. Nowy mistrz, Gotthard Kettler zwraca się do Zygmunta Augusta o pomoc, ofiarując mu południową część Inflant. Król jedzie na Litwę na wiosnę r. 1559, składa sejm, który uchwala obronę Inflant. Po nieudanej interwencji dyplomatycznej w Moskwie na rzecz Inflant, obsadza król oddane mu przez Zakon w posiadanie zamki i miasta.

Cała akcja została podjęta przez Litwę i Zygmunta Augusta. Polska jako Polska nie została urzędownie wdrożona do akcji. Jest to chwilia nader ważna, bo sprawa Inflant zaważyła też wiele w dziele zbratania się obu narodów. Tak Zygmunt August, jak i Litwa w tej chwili nie myśleli o ścisłej unii z Polską i nawet wcale niedwuznacznie ujawniał się wtedy separatyzm litewski. To było powodem z jednej strony podjęcia sprawy inflanckiej

przez Litwę na własną rękę, z drugiej odmówienia ze strony polskiej pomocy. W Polsce miało góre stronnictwo szlacheckie, przeciwne Litwie właśnie z powodu jej separatystycznych dążeń. „Ad dignitatem Regni et ad utrorumque dominiorum commoditatem pertinebat, ut negotium de tuenda Livonia in medium proponeretur”—pisał hetman Tarnowski do księcia pruskiego, Albrechta i to głównie rozdzielało Litwę i Polskę w sprawie inflanckiej. Inne powody, podawane przez hetmana, niewątpliwie odgrywały poważną rolę, ale nie były decydujące, zdaniem naszym, przynajmniej dla szerszego ogółu szlachty. Że tak było, wykazały dowodnie późniejsze wypadki.

Listy hetmana Tarnowskiego, jednego z przywódców owego stronnictwa szlacheckiego, ważne nietylko dla dziejopisa Inflant, lecz także unii, przytaczamy poniżej.

Archiwum w Królewcu — Herzogliches Briefarchiv B2.

Wiewińska 21 maja 1560. Jan Tarnowski do Albrechta

Illme Princeps domine domine clementissime.

Post obsequiorum meorum accuratissimam commendacionem Eum semper animum conservo ut non solum benignis adhortacionibus, verum eciam mandatis quibuscumque illmae Celsitudini vestrae promptissima voluntate cupiam morem gerere. Et hac in re, uti summe necessaria, quemadmodum me illma Celsitudo vestra hortari et monere dignatur, omnem certe diligentiam curam et studium praestare libenter vellem, quod sacrae regiae majestati domino meo clementissimo honorificum, ac deinde cum fructu reipublicae non tantum regni huius, sed et magni Ducatus Lituaniae coniunctum sit, quandoquidem bonum vicissim et malum si quod uni harum provinciarum inferatur, in alterum successu temporis redundare potest. Et tametsi plures causae non sunt mihi incognitae, quae harum diccionum publicam quietem et..... charitatem benevolenciamque Regnicolarum interturbare possint, tamen necio, an alicuius animus ita offendi possit, ut magno Ducatu Lituaniae fratribus suis, auxiliari non cupiat, si quidem hoc saltem commode fieri posset. Hoc solum pro confirmato habeo, finibus Regni omni praesidio firmo undatis, et in praedam hostibus undique circum circa imponentibus, expositis, ut aliquod Ducatu Lituaniae subsidium afferri possit, de eo cogitare, vel sermonem instituere, non solum difficile, verum eciam est impossibile, tantum abest, ut aliquid certi constitui possit. Nam ut alia plurima nunc omittam impedimenta, Thureicum praesidium in arce Filogk non pluribus quam tringinta milliaribus destante Cracouia, constitutum, imminet, unde nobis aliquando periculum expectandum est, Tartarorum rabies alia ex parte nos cingens adeo propinquia, ut facili incursione facta, incommodare possit, quae tametsi pensionibus detinetur, eorum tamen perfidiae nihil tribuendum est. Tum Moldaviae gens perfidissima, et quae Thurcae paret, satis superque iusta impedimenta afferunt. Quos contra hostes nos non tantum

exercitus aliquos mercenarios, sed ne unum quidem militem mercenarium paratum habemus. Proinde ut quispiam re sua domi interim negligenter abiecta, alterius defendendae curam suscipiat, non videtur rationi esse consonum. Si quidem haec omnia, quantum ad reipublicae huius Regni ordinem bonum stabiliendum conduceret, primum constituerentur, licet ipse non maiorem operam, quam unus quisquam privatius iis rebus impendere possem, tamen pro mea parte, quantum quidem pro virium facultate fieri possit, ut omnia cum summo horum dominorum commodo agantur, publicae que omnium saluti consulatur, omnem in eo ponerem curam, laborem et studium. Hoe illam Celsitudinem vestram cum sit Princeps de corpore Regni huius et dominus meus Clementissimus quid hoc negocium potissimum impedit, caelare nolui, id quicquid est omne, praetato iudicio, et summae illmae Celsitudini vestrae prudentiae subiiciens. Si hoc a Regnicolis postularetur, et ipsi iustas excusationes afferant, siquidem illis id, quod rebus suis provident, vicio quis vertere velit, non satis rationabilis causa. Nam qui velit alicui opem ferre, certe oculatum et maxime cautum esse convenit, ne dum alteri suspectias ferre velle videtur, ipse se perditum eat. Quod superest, me meaque obsequia gracie clemenciaeque illmae Celsitudinis vestrae iterum diligentissime commendando, ac Deum optimum Maximum oro, ut vestram illam Celsitudinem felici rerum statu diutissime servet incolumem. Dat. in Wiewiorca XXI. Maii mensis. Anno domini MDLX.

Eiusdem Illmae Celsitudinis vestrae
Servitor addictissimus
Joannes comes in Tarnow.
Manu sua.

Illmo Principi domino Alberto dei gratia Marchioni Brandenburgensi, Duci in Prussia, Stetinensi, Pomeraniae, Cassubiarum et Shlavorum Duci, Burgravio Norimbergensi Rugiaeque Principi, domino colendissimo.

Tarnów 19 października 1560. Jan Tarnowski do Albrechta.

Ilustrissime princeps et domine domine mihi colendissime.

Obsequiis meis in graciam illmae do. v. primum quam diligentissime commendatis. Voluntati ac mandato illmae do. v. in eo, de quo ad me scripsit, libenter sane morem gererem. Video enim illmae do. v. pro sua prudentia recte prospicere ea pericula quae ex neglecta atque (quod omen Deus optimus avertat clementer) amissa Livonia ad Lituaniam atque alias Regno conjunctas provincias essent redundatura, quibus quidem in tempore occurri ad salutem et tranquillitatem Regni ac vicinorum populorum oporteret. Verum ea est praesentis temporis ac rerum omnium apud nos ratio, ut, quemadmodum antea quoque ad illam do. v. scripsi, pro tenuitate judicii mei videre non possim, quomodo iis tot ac tantis imminentibus malis obviam iri possit. Eciamsi vero eos, qui ejusmodi deliberationibus adhibentur ingenio atque consilio abundare nec id aliunde requirere existimem ipseque tenuitatis ingenii mei mihi probe conscius aliorum bene consulta admirari potius, quam meum judicium obtrudere soleam, quia tamen plerumque fit quorum auxilio nisi cogitamus ab iis, ut consilia quoque rerum geren-

darum petamus. Ad dignitatem Regni et ad utrorumque dominiorum commoditatem pertinebat, ut negotium de tuenda Livonia in medium proponeretur, nobis certe tantum abest ut aliquid quod ad eam rem attinet sit communicatum, ut hactenus de rebus Livonicis nisi vel ex vulgi sermonibus vel ex literis amicorum nihil sciamus. Auxilia vero rebus integris multo commodius atque felicius quam attritis jam atque afflictis praestari posse illma do. v. pro summa quam in se militari obtinet experientia judicare potest, quae si requererentur, qua ratione essent ferenda, non satis video, cum rationem ejus belli non possim assequi, quod revera non tam justi belli speciem, quam imaginariae cuiusdam rei habere videtur. Tractatus pacta atque promissa vidimus. audimus quae hostes interea gerunt, quam multos tractus vastaverint, quot arcis partim vi atque armis partim dedizione cuperint, idque post inita pacta et foedera conniventibus iis, qui defendere debuerant. De Lituanicis autem copiis nihil aliud hic apud nos auditur, quam eas in limitibus esse atque eam ipsam provinciam non tam defendere, quam damnificare. Quam quidem ad rem cur Poloniae expeterentur copiae non video, nisi forte ut erroris alieni participes essent; hoc praesertim tempore, cum jam hostis magnam Livoniae partem occupavit, ut qui nunc demum rebus Livonicis opem ferat non secus facere videatur, quam si quis aedium primo incendio neglecto tum demum flamas sopire atque extinguere velit cum jam parietes ambusti ruinam minarentur. atque ea rerum facies facit, ut antea eciam quam id ex literis illmae do. v. cognoscerem, ex ipso saltem negotiorum progressu facile conjicerem, ea illmae do. v. consilio minime gubernari, ut mirum non sit regnicolas de eo celari, si quidem illmae do. v. quemadmodum ex literis ipsius appetere nihil tale communicetur. iam vero Regni ipsius quae sit ratio, illmae do. v. non ignorat, undiquaque gravissimis hostibus cingimur. Domi vero (fatendum enim apud illmam do. v. id quod res est) universum regnum justo ordine caret ac iis rebus maxima ex parte exhaustum est, quae ad expediciones bellicas obeundas atque ad hostilem vim avertendam sunt necessariae, ut non solum aliorum pericula propulsare, eciam maxime velimus, non possimus, verum ipsi nos nostraque multo difficilius in hac rerum perturbatione quam antehac unquam tueri queamus. Quae cum ita se habent videre sane non possum, quanam ratione nos ita afflictis Livionario-rum rebus suppetias ferre queamus. In me certe tanquam in uno ex multis, quod ad eam rem attinet parum est situm. quia tamen persuasum habeo, eos qui rebus iis tractandis adhibentur, consilio atque prudentia abundare, nisi res ipsa aliud demonstraret, existimarem eos aliqua secreta quidem, sed non vana spe Livoniae niti, quae etsi eos fallere videatur, si quid tamen vel ipsi melius in medium proferent, vel si quid aliis consultius videbitur non repugnabo. Sed (Deus est mihi testis) libenter ipse quoque eorum subscribam sentenciae. Sed si illmae do. v. consilio, cuius etiam res agitur (quod circa assentacionem dictum velim) destituentur vel illi parere nolint, vix fieri posse existimo, ut aliter quam hactenus res succedant. Et illud quamvis non contemnendum esse videtur, quod Riga gentes suscepere regias. verum tamen ubi firmioribus auxiliis destituetur Moschusque in dies magis ac magis ei vicinas arcis oppugnare contenderit, licet bene munita

fuerit, diu resistere ac durare non poterit. Deum optimum maximum interea supplex oro, ut quae nobis videntur difficillima ea ipsa reddat facilia ac omnia consilia vertat ad gloriam suam et regni ac provinciarum ipsi adjunctarum salutem et incolumentem. Quod superest, me ac mea addictissima studia et obsequia illmae do. v. iterum atque item diligentissime commendo. Quam diu felicissime rerumque statu incolumi valere cupio ex animo et opto. Datum Tarnovii XIX Octobris mensis. Anno domini 1560.

Ejusdem illmae do. vrae
servitor addictissimus
Joannes comes in
Tarnow manu sua Scripsit.

Illustrissimo Principi et domino domino Alberto Dei gratia Mar-chioni Brandenburgensi ac in Prussia Stetinen. Pomeraniae Cassubaram et Schla(vorum) Duci Burgra(vio Nurem)burgensi Rugiaeque Principi etc. domino colendissimo.

(Podał do druku) D-r WŁADYSŁAW BOGATYŃSKI.